Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



dium tuum et sequere me.
Quem ego dum sequerer
apparuerunt mihi hinc et inde
milites armati confortan
tes me et dicentes. Nos
tibi prebemus officium tu in
gredere hostium castra
et dextra leuaque tenens gla
dium euaginatum respice
quousque peruenias ad regem
ipsorum nomine bradan.
Quo cum peruenissem cum
eis ueniam sui sangui
nis prostratus pedibus me
is postulauit. Nullum pe
nitus ex his occidi gladio
nec feci nec uisi. Hunc uero
regem eorum bardan tra
ditum cum duobus filiis
uinctum ab illis militibus
accepi. et ita uniuerse tra
cie sunt liberate a gente
scitharum ceteri tributa
rii facti sunt. Tribuni om
nes qui ad me cum suis
militibus reuerti uoluerunt.
nisi fierent xpiani a me
recipi minime potuerunt

consentientes uero gradu sub
limiores effecti non consentien
tes priuaui militia. me ipsum
factum xpianum. ita deo deuoui.
ut etiam a coniugio me pro
miserim abstinendum. Ecce ha
bes quadruplicatum exercitum
habes et omnem gentem scithi
cam subiugatam ac tributari
am. et totas tracias liberatas
Michi uero feliciter iubete suc
cedi propicii. quo possim uaca
re religioni quam dicitis. et
in ueritate constare quam perfecte
cognoui. Tunc constantinus
imperator misit se in ample
xum eius referens uniuer
sa que gesta sunt circa filias
eius. et quomodo sunt uirgines
xpo consecrate. et qualiter
alias uirgines duas per ipsas
ad suam gratiam euocauerit
deus. et quomodo eruditionis
summam accipientes ad per
fectionem ceperint. et quomodo
uniuersa perfecta inter rudi
menta susceperint. Tunc cum
augustis intranti palatium